



Universitätsbibliothek Paderborn

Habacvc Propheta

Habakuk

Argentorati, 1526

VD16 B 3952

Maledicas sceptris eius, cum capite uicorum suorum, qui, ueluti
te[m]pestas ut me dissipent. adueniu[n]t, aclætantur, quasi deuorent in
abscondito miseru[m]. XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35974

ANNOTATIONES.

drum, denudabas fundamenta, usq; ad
collum. Sela.

Capita hec & fundamenta, reges sunt finitima=rum terrarum, ut Edom, Ammon, Syrie, Philistijm, quos David à scictos, iuris suifecit. Id enim caput cōtundere est, id est regnum ita occupare, ut capite subditi careat, nec ultra, proprios habeant reges, sed Dauidi subiugati sint. Idem plane est quod fundamenta, id est eosdem Reges & Principes denudet, exauthoret, deponat, agubernatione reiiciat, usq; ad collum, ut truncus & corpus iuxta tamen permaneat, & Dauidi morigeretur, Rex enim, & caput & fundamen= tum sui regni est. Populus & terra, trunci & corpo=rā. Hactenus cum gratiarum actione depinxit & re=censuit, diuinarum manuum fulgores, ex quibus caelū & terra gloria eius replebantur, pro consolatione po=puli. Nunc precationem suam aduersus regem Baby=loniae orditur.

Maledicas sceptris eius, cum capite XV.
vīcorum suorum, qui, ueluti tēpestas
ut medissipent. adueniūt, ac lātantur,
quasi deuorent in abscondito miserū.

Hoc est regno Babylonico, nolis esse ppitius, sed
nullā gratiā exhibeas, tam illi, q̄ uniuersis uicis eius, id
est urbi Babylon, que omniū totius regni illius ciuita=tum

Cap. IIII M. L V T H. I N H A B A C V C

tum caput est. Ac alij quidem Reges & gentes nos di-
uexarunt, sed in terra tamen reliquerūt. Enim uero Ba-
bylonij, ut tempestas adueniunt, & nos ē terra disper-
gunt. Nec in hoc saturati sunt sed rident nos, ac de no-
stro malo exultāt, cēu clam egenum deuorent, hoc est,
ueluti desit iudex, nec sit qui ulciscatur. Id enim clam de-
uorare uocat, quom arbitrātur Deum neq; uidere, ne
que id pro iniusticia imputare, ut neque accusatio, nec
iudicium, capropter sequutura sint,

XVI Equorum tuorum in mari iter est,
In luto magnarum aquarum.

Id est, Equitatus noster & exercitus, qui salute &
triumpho antea insignis erat, ea cum potentia incede-
bat ac ferebatur, quasi in aēre uolaret, dum tu adminis-
tulareris nobis, tā uero quom deseris in cōeno, & aby-
so hāret, id est, angustiæ & afflictioni impactus est,
nec ultra quicquam ualet.

XVII Talia me audiente, uenter meus con-
turbatur. Labia mea præ clamore con-
tremiscunt.

Iam nonedo aut bibo, ut uenter meus inde lætetur,
ceterum ieiunijs me maccro, & moereo, neq; uero ca-
no, ut in cōuiuijs lætis fieri solet, ubi editur, bibitur, &
tatur. Verum labia mea pro risu & cantilena tremūt,
dum tantam calamitatem audio.

Sanies intrat offa mea.

Hoc